



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

Impulsive.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

DE CONIVGIO:

ant. Siquidem fatum de voluntate, atq; ordi-  
natione Dei intelligatur.

Duplici porro modo, Deus homines duos,  
en hanc vita societatem iungit, primum quidam  
Immediatè, Deinde verò Mediaè.

Immediatè autem copulat duos, vel mani-  
festa, vel occulta quadam ratione. Manife-  
quidem, ut verbo & gestibus, Adam & Euan-  
coniuncit. Sic seruo Abrahe ex animis suis voto,  
ipse Deus offert atq; ostendit Rebeccam, Iacobi  
sponsam: Iacobo venienti in Mesopotamiam,  
Rahelem exhibet.

Occulta verò ratione id facit Deus, quan-  
do ex aspectu mundo virisq; cor accenduntur, ut,  
licet non dum ea res ulli hominum sit patescata,  
ramen animus de Coniugio decernat.

Mediaè autem Coniugia sunt per in-  
dicationem, aut adhortationem aliorum, ut pa-  
rentes, vel amici, vel cognati horiantur filios,  
aut sibi nosos, ut ad Coniugium animos adjici-  
ant, proponentes honestas virgines aut viudas,  
cum quibus optarent eos Coniugium legitimare  
contrahere.

IMPVL SIVE.

V N D E.

Ad efficienes, etiam impulsuæ cause,  
nibus cor monetum ad Coniugium incundum,  
equaratione referri solent. Primum autem  
quales causa perpendantur, deinde ea, qua  
magis ad speciem pertinent.

Generales sunt.

Mandatum Dei, id quod non est cuius-  
quam fas detinetur.

Naturales affectus & inclinationes, quas  
Deus ipse condidit in hominibus, modo rectè  
gubernantur.

Necessitas Adiutorij. Primum quidem  
id viam polliciam. Nam ad Oeconomiam, ad  
volum querendum, & ad qua sita frugaliter  
alocandum, ad heredes legitimos acquirendos,  
dilectam vita suavitatem, ad curam in agri-  
culturis prestandam, Coniugium est nece-  
ssarium.

Deinde etiam ad vitam spiritualem, ut  
nuntur prohibita libidines, ut animus Deum  
hunc colere & invocare queat, ut possit viè  
Sacramentis maiori fructu, ut sese innicent  
coniuges crudiam piciate, consolentur in rebus

C. 3 aduersis.

## DE CONIVG.

aduersis, & deniq<sub>z</sub>, ut meliori conscientia quia possit mori. Quomodo enim scortatores impudici, bona conscientia animas efflabunt, cum vox Dei clara extet: Scortatores & adulteros iudicabit Dominus? Heb. 13. Eisi enim plenius semper locus est, cuiam in postremo vita aeterno, tamen periculosisimum est, usq<sub>z</sub> ad extremum halitum eam differre, & multi sine paniem ex hac vita migrant.

Quod ad reliquias causas, prater hanc generales attinet, que quidem animum, ad aliquam personam dispendiam, perfidiaeant, facile illae ex Rheticis illis locis intelliguntur, ut a parentibus, a familia, a cognatione, a pietate, ab honestate, a liberali educatione, a sanitate, a forma, ab opulentia. Principia vero bona sunt, pietas, probitas, optima institutio, Oeconomicorum rerum peritia.

## CONTRARIA.

Fortuito concursui, aut cœca fortunati tribuere Matrimonia, ut & deo faciunt.

Hominum prudentie, aut conatibus, adscribere felicia Coniugia, ut filij huui seculi centiue.

Copulatrices seu impostrices, que non tam honestate,